

**INDEX VERBORUM C. SUETONI  
TRANQUILLI,  
STILIQUE EIUS PROPRIETATUM  
NONNULLARUM**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649136353

Index verborum C. Suetoni Tranquilli, stilique eius proprietatum nonnullarum by Albert  
Andrew Howard & Carl Newell Jackson

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.  
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**ALBERT ANDREW HOWARD & CARL NEWELL JACKSON**

**INDEX VERBORUM C. SUETONI  
TRANQUILLI,  
STILIQUE EIUS PROPRIETATUM  
NONNULLARUM**



INDEX VERBORVM  
C·SVETONI TRANQVILLI

STILIQVE EIVS PROPRIETATVM NONNVLLARVM

CONFECERVNT

ALBERTVS ANDREAS HOWARD  
CAROLVS NEWELL JACKSON



182914.  
13.8.23.

CANTABRIGIAE MASSACHVSETTENSIVM  
E TYPOGRAPHEO ACADEMIAE HARVARDIANAE  
LONDINI APVD HVMPHREY MILFORD  
M DCCCC XXII

PA  
6702  
Z8  
1922

COPYRIGHT, 1922  
HARVARD UNIVERSITY PRESS

PRINTED AT THE HARVARD UNIVERSITY PRESS  
CAMBRIDGE, MASS., U. S. A.

ANNAE H·HOWARD  
OPTIME DE HOC LIBRO MERITAE  
S·P·DD·EDITORES

## PRAEFATIO

DESIDERARI nobis uisus est conspectus plenus atque integer uerborum Gaii Suetoni Tranquilli certae fidei operum ad recentiores editiones auctoris accommodatus, qui et curiosis Suetoni generis dicendi et historiae studiosis fortasse usui esset. Priora enim opera huius modi quamuis praestantia, delectum tantum exemplorum praebent, et ad fidem uetustiorum editionum confecta saepius uirorum doctorum coniecturas aut deteriorum codicum lectiones exhibent.

Indicem igitur confecimus uitarum duodecim Caesarum, textum secuti editionis maioris Maximiliani Ihm, cui addidimus lectiones libellorum de Grammaticis et de Rhetoribus uitarumque Terenti, Horati, Lucani ex editione Caroli Roth, quam editioni Reifferscheidianae praetulimus ut propius ad codicum fidem accedentem. Exempla omnia cuiusque uerbi in his operibus reperti in indice notauimus. Cetera excerpta et fragmenta uulgo Suetonio attributa incertiora esse duximus quam ut fidenter accipi deberent, quamquam sine dubio pleraque in iis continentur ex scriptis Suetoni delibata, nec a genere eius dicendi plane abhorrentia.

Capitum distributionem editionis Ihmianae in uitis Caesarum excutiendis seruauius numerisque minusculis capitum numeris subiunctis particulas indicauius. Minorum operum capitum distributionem ipsi confecimus, cuius conspectum ad paginas editionis Rothianae conlatae ad finem huius praefationis adiecimus.

Codicum auctoritatem, quamquam ad manum nobis erant collationes propriae omnium ab Ihm adhibitorum aliorumque nonnullorum, sicut Cantabrigiensis Kk 5, 24, Dunelmensis C. III. 18, Sionensium duorum, Suessionensis 19, Laurentiani 64, 8, nisi parcius non inuocauimus, ne liber tali materia immoderatus oneraretur. Consensum tamen codicum ab editoribus reiectum plerumque designauimus, aut expresse aut per formulam scribendi infra depictam.



## PRAEFATIO

Formulam rationemque scribendi ab Ihm institutam custodiimus, retentis, quo melius praestantiorum codicum lectiones ostenderentur, uncis et quadratis et hamatis quibus indicantur litterae uerbaque aut omittenda aut ab editore suppleta, quae quidem scribendi ratio indici nobis potius quam textui editionis conuenire uidetur. Eadem de causa uarietates orthographiae ubique ostendimus, etiamsi uix nobis credibile uidetur Suetonium ipsum, grammaticae studio deditum, ita in scribendo uariasse ut plerasque formas eiusdem uerbi usitatissimi usurparit.

Nomina propria quorum formae et titulis et usu confirmatae sunt aliquanto liberius tractauimus, id est omissis uncis, exempli gratia nomen Ahenobarbi, quod semel tantum in codice Memmiano h litteram exhibet, in ceteris codicibus nusquam. Similiter formas nonnullas in textu Rothiano, sicut *adolescens, epistola*, negleximus rationemque editionis Ihmianae seruantes ad recentiore normam omnes reuocauimus.

Numeris inclinatis ea indicauius quae recta oratione ex scriptis aut locutionibus aliorum a Suetonio adlata sunt, sed et uerba singula nonnulla quae aliis attributa Suetonio ipsi aliena sunt; quae autem oratione obliqua in textu exprimuntur, ut fortasse uerba auctoris ipsius aliorum sententias interpretantis accepimus, praesertim cum adnotassemus easdem sententias apud alios scriptores adlatas aut uerbis aut ordine uerborum inter se discrepare.

Numeros qui uerbis singulis in textu exprimuntur, etiam aduerbia sicut *tricies, milies*, et similia, quae omnia fere per compendium scribuntur, suis locis in indice adsignauimus; ceteros in unum conlatos sub uerbo *numerus* ordinauimus.

Graeca praeter uerba singula quae apud Suetonium leguntur seorsum ad finem indicis protulimus; nihil quidem ad usum pertinent Suetoni, puri sermonis amatoris, qui uix unum et alterum uerbum Graecum Latinis inserit, nec illud ut cogitationis laborem effugeret. Verba singula Graeca in indice ordinantur.

Acies, bella, clades, flumina, gentes, insulae, leges, montes, templa, triumphus, uictoriae, multaue eiusmodi nomina aut adiectiuis propriis aut aliis indiciis notata sub uerbis *acies, bellum*, reliquisque ordinata inuenientur; tituli librorum sub uerbo *titulus*; nomina propria sub nominibus gentilicis; adiectiua propria plerum-

## PRAEFATIO

que iterata, semel loco suo et iterum sub nominibus cum quibus coniunguntur.

Quod ad proprietates dictionis Suetonianae attinet, rem sane difficillimam, medium adfectauimus cursum, non omnia communi iam usu optimorum scriptorum satis confirmata adferendo, sed ea praesertim quae et usum auctoris illustrarent et artem qua partes sententiarum inter se nectit. Qua de causa aduerbiorum temporalium, coniunctionum, praepositionum, pronominum usus uarietatem distinguere adgressi sumus nec minus ordinem distributionemque horum uerborum, ueriti etiam ne indigesta moles exemplorum fastidium tantum moueret, nec usui alicui seruiret.

Omnibus qui nos in indice edendo aut consilio aut opera censoria aut alioqui adiuarunt gratias maximas agimus, praesertim collegis nostris G. L. Kittredge, J. D. M. Ford, E. K. Rand, nec minus Typographeï Academiae Haruardianae antistitibus, qui summa liberalitate sumptus huius libri susceperunt.

ALBERTVS ANDREAS HOWARD  
CAROLVS NEWELL JACKSON

CANTABRIGIAE, MASSACHUSETTENSIVM  
XII. Kal. Dec. A. D. MDCCCXXII

MINORVM OPERVM CAPITVM DISTRIBVTIO AD  
PAGINAS ROTHII CONLATA

De Grammaticis

3 <sub>2</sub>	258, 14	Posthac magis
4 <sub>2</sub>	259, 9	Veteres grammatici
9 <sub>2</sub>	261, 12	Ac ne principum
10 <sub>2</sub>	261, 37	Philologi appellationem
11 <sub>2</sub>	262, 30	Vixit ad extremam
23 <sub>2</sub>	266, 28	Arrogantia fuit

De Rhetoribus

1 <sub>2</sub>	268, 10	De eisdem
1 <sub>3</sub>	268, 22	Paulatim et
1 <sub>4</sub>	269, 6	Sed ratio
1 <sub>4</sub>	269, 18	Veteres controuersiae
1 <sub>6</sub>	269, 24	Aestiuo tempore
1 <sub>7</sub>	269, 30	Venatici cum
6 <sub>2</sub>	271, 18	Egit et causas
6 <sub>3</sub>	271, 26	Et rursus

Vita Terenti

1 <sub>1</sub>	292, 1	Publius Terentius Afer
1 <sub>2</sub>	292, 9	Hic cum multis
2	292, 28	Scriptis comoedias
3 <sub>1</sub>	293, 5	Non obscura
3 <sub>2</sub>	293, 15	Videtur autem
3 <sub>3</sub>	293, 28	Santra Terentium
4 <sub>1</sub>	293, 36	Post editas comoedias
4 <sub>2</sub>	294, 3	De morte eius
5 <sub>1</sub>	294, 14	Fuisse dicitur
5 <sub>2</sub>	294, 22	Hunc Afranius

Vita Horati

1 <sub>1</sub>	297, 3	Q. Horatius Flaccus
1 <sub>2</sub>	297, 24	Extant epistulae
1 <sub>3</sub>	297, 35	Scripta quidem
2	298, 12	Habitu corporis
3	298, 20	Ad res Venerinis
4	298, 28	Natus est

Vita Lucani

1 <sub>1</sub>	299, 10	M. Annaeus Lucanus
1 <sub>2</sub>	299, 20	Hic initio
1 <sub>3</sub>	299, 32	Ad extremum